

praerogatiuis, ταῖς ἀπεριγράπτοις et hyperphysicis, quas sacra scriptura corpori siue humanae toti naturae in Christi persona tribuit, praeponderat merito.

Contradicit autem Vigilius sibi ipsi, dum ex Chrysostomo uerba citans: „Cognoscamus quae natura sit, cui dixit: ‚Sede ad dextram meam‘ et esto 5  
meae particeps sedis? Illa nimirum, quae audierat, ‚terra es et in terram  
ibis‘<sup>29</sup> naturae in Christo humanae asscribit seßionem ad dextram, id est  
maiestatem [A 6r:] diuinam et uniuersum imperium in omnes creaturas, et  
tamen audet sine discrimine et exceptione praesertim doctrinae de coena do-  
minica, in qua iuxta institutionis uerba ubique ubicunque illa in ecclesia 10  
administratur, Christus corpore et sanguine suo adest praesenti et per manum  
ministri eadem uescentibus pane et uino porrigit, communicat et distribuit,  
Christi corpus siue potius naturam in Christo humanam loco coeli alligare,  
quam tamen dicit in dextra magnificentiae Patris sedere.

Nobis catechismi uerba, quae in ecclesiis et scholis Misnicarum regionum et 15  
alijs multis in locis adhuc Dei beneficio sonant, loco confesionis esse de-  
bent: ὡσπερ ὁ υἱὸς θεοῦ ἐνανθρωπήσας καὶ παθὼν τῇ σαρκί καὶ ἀναστὰς ἐκ  
τῶν νεκρῶν καὶ ἀναληφθεὶς εἰς οὐρανὸν κάθηται ἐκ δεξιῶν πατρὸς παντοδύ-  
ναμον, ἀληθινῶς μὲν καὶ χωρὶς πάσης ἀλληγορίας τε καὶ ὑπερνοίας καὶ πλά-  
σεως διανοητικῆς οὐκ ἐν περιγραφῇ δὲ τόπου ἢ λογισμοῦ ἀνθρώπινου, ἀλλ’ 20  
ἀχωρήτως τε πάση κτίσει καὶ ἀνεκδιηγῆτως τῇ φράσει καὶ ἀκαταλήπτως τῷ  
νοὶ τῶν ἀνθρώπων, οὕτω καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα Ἰησοῦ Χριστοῦ διαδίδονται  
ἐν τῇ [A 6v:] ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν κυριακὴν διάταξιν ἀτρεκῶς μὲν καὶ τῷ ὄντι  
οὐ τροπικῶς ἢ ἐσχηματισμένως τῶν ῥημάτων νοουμένων, ἀλλὰ ἐνδεικνύοντων  
τῶν ἀπλῶς τὸ σημαίνόμενον. Γίνεται ταῦτα οὐ πλαστῶς οὐδὲ τυπικῶς ἤγουν 25  
τροπικῶς κατὰ ὑπόνοιάν τινα, ἀλλ’ ἀληθῶς κατὰ τὸν νοῦν τῶν ῥημάτων. Id  
est, ut autor ipse reddidit: „Quemadmodum Filius Dei homo factus est et  
passus carne et resurrexit ex mortuis et assumptus in coelum, sedet e dextris  
Patris omnipotentis, re uera et sine omni allegoria atque commento et ficta  
animi intelligentia non tamen ille circumscriptus loco aut cogitatione huma- 30  
na, sed ita, ut capere ulla creatura et effari elocutio et comprahendere mens  
hominum nequeat. Sic et corpus et sanguis Iesu Christi distribuitur in eccle-  
sia secundum ordinationem dominicam uere quidem et re ipsa non tropica  
aut figurata uerborum significatione, sed indicio simplicis significationis  
etc.“ Et paulo post: „Haec non fiunt ficte aut figurate tropico quodam com- 35  
mento, sed uere secundum uerborum intelligentiam.“<sup>30</sup>

<sup>29</sup> Johannes Chrysostomos, Homilia de Ascensione Domini, zitiert bei Vigilius Thapsensis, Contra Eutychem V, 24, in: PL 62, 152. Vgl. Ps 110,1; Gen 3,19.

<sup>30</sup> Joachim Camerarius, ΚΑΤΗΧΗΣΙΣ του χριστιανισμου ΗΓΟΥΝ ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΗΣ ΥΠΟΥΣ ΔΙΔΑΞΗΣ ΕΡΙΣΤΟΥ ΤΕ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ [...], Leipzig 1562 (VD 16 C 448), 397f. 399, bzw. Joachim Camerarius, CATECHESIS, SEV INITIA DOCTRINAE IN ECCLESIA CHRISTI GRAECE ITERVM NVPER EDITA, ET NVNC primum in sermonem Latinum conuersa [...], Leipzig 1563 (VD 16 C 449), 325f. 327.